

sus dicit (De div. nom. cap. 4, part. IV, lect. 22), Ergo actus matrimonialis excusari potest etiam sine bonis matrimonii.

2. Præterea, ille qui utitur conjuge ad fornicationem vitandam, non videtur aliquid bonum matrimonii intendere. Sed talis non peccat, ut videtur, quia ad hoc est matrimonium concessum humanæ infirmitati ut fornicatio videtur, ut patet (I. Corinth. VII). Ergo etiam sine bonis matrimonii potest actus ejus excusari.

3. Præterea, ille qui utitur re suâ ad libitum, non facit contra justitiam; et sic non peccat, ut videtur. Sed per matrimonium uxor efficitur res viri, et è contrario. Ergo si se invicem ad libitum utuntur libidine movente, non videtur esse peccatum, et sic idem quod prius.

4. Præterea, illud quod est bonum ex genere, non efficitur malum, nisi ex mala intentione fiat. Sed actus matrimonialis, quo quis cognoscit suam, est ex genere bonus. Ergo non potest esse malus, nisi malâ intentione fiat. Sed potest bonâ intentione fieri, etiamsi non intendat aliquid bonum matrimonii; putâ cum quis salutem corporalem per hoc intendit servare, aut consequi. Ergo videtur quod etiam sine matrimonii bonis actus ille possit excusari.

Sed *contra*, remotâ causa, removetur effectus. Sed causa honestatis actûs matrimonialis sunt matrimonii bona. Ergo sine eis non potest actus matrimonialis excusari.

Præterea, non differt actus prædictus ab actu fornicario nisi in prædictis bonis. Sed concubitus fornicarius semper est malus. Ergo si non excusatur prædictis bonis, etiam matrimonialis actus semper erit malus.

Conclusio. *Actus matrimonialis semper culpabilis et peccatum est, nisi proli intentio, ac mutua inter conjuges fides adsit.*

Respondeo dicendum quod sicut bona matrimonii, secundum quod sunt in habitu, faciunt matrimonium honestum et sanctum; ita etiam secundum quod sunt in actuali intentione, faciunt actum matrimonii honestum, quantum ad illa duo

(1) Quod etiam declarat S. Doctor in art. seq.

(2) Præcisè sumpta ut naturâ, sive quantum ad finem quem natura immediatè ac directè attingit, nempe productionem prolis tantum; natura enim prout subordinata sacramento debet ordinari ad altiorem finem, nempe, ut proles ad cultum

bona matrimonii quæ ipsius actum respiciunt. Unde quando conjuges conveniunt causâ prolis procreandæ, vel ut sibi invicem debitum reddant, quod ad fidem pertinet, totaliter excusantur à peccato. Sed tertium bonum non pertinet, ad usum matrimonii, sed ad essentiam ipsius, ut dictum est (art. 3 huj. quæst.): unde facit ipsum matrimonium honestum, non autem actus ejus, ut per hoc actus ejus absque peccato reddatur, quia causâ aliqujus significationis conveniunt. Et ideò duobus solis modis conjuges absque omni peccato conveniunt, scilicet causâ procreandæ prolis, et debiti reddendi: aliâs autem semper est ibi peccatum, ad minus veniale (1).

Ad *primum* ergo dicendum, quod proles, prout est bonum sacramento, addit supra prolem, prout est bonum intentum à natura (2). Natura enim intendit prolem, prout in ipsa salvatur bonum speciei; sed in prole, secundum quod est bonum sacramento matrimonii, ultra hoc intelligitur ut proles suscepta ulterius ordinetur in Deum. Et ideò oportet quod intentio naturæ, quæ prolem intendit, refertur actu vel habitu ad intentionem prolis prout est bonum sacramento: aliâs staretur in creatura, quod sine peccato esse non potest. Et ideò quando natura tantum movet ad actum matrimonii, non excusatur à peccato omninò, nisi in quantum motus naturæ ordinatur actu vel habitu ulterius ad prolem, secundum quod est bonum sacramento: nec tamen sequitur quod motus naturæ sit malus, sed quod sit imperfectus, nisi ad aliquod bonum matrimonii ulterius ordinetur.

Ad *secundum* dicendum, quod si aliquis per actum matrimonii intendat vitare fornicationem in conjuge, non est aliquod peccatum, quia hæc est quædam redditio debiti, quæ ad bonum fidei pertinet. Sed si intendat vitare fornicationem in se, sic est ibi aliqua superfluitas (3); et secundum hoc est peccatum veniale; nec ad hoc est matrimonium institutum, nisi secundum indulgentium, quæ est de peccatis venialibus.

Ad *tertium* dicendum, quod una debita

Dei et pietatem christianam, quantum fieri potest, educetur.

(3) Cum sint alii modi convenientiores et moderationi christianæ magis consentanei quibus propriam libidinem vel fornicationem vitare possit sen per orationem, abstinentias jejunia, etc.

circumstantia non sufficit ad hoc quod actus sit bonus; et ideò non oportet quod qualitercumque quis re suâ utatur, usus sit bonus, sed quando utitur re suâ ut debet, secundum omnes circumstantias.

Ad *quartum* dicendum, quod quamvis intendere sanitatis conservationem non sit per se malum, tamen hæc intentio efficitur mala, si ex aliquo sanitas intendatur quod non est ad hoc de se ordinatum; sicut qui ex sacramento baptismi tantum salutem corporalem quæreret; et similiter etiam est in proposito in actu matrimonii.

ARTÍCULO VI. — Utrum cognoscens uxorem, non intendens aliquod bonum matrimonii, sed solam delectationem, mortaliter peccet.

Ad sextum sic proceditur. 1. Videtur quod quodcumque aliquis uxorem cognoscit, non intendens aliquod bonum matrimonii, sed solam delectationem, mortaliter peccet; quia, sicut Hieronymus dicit (sup. illud Ephes. v.): *Viri diligite* (et habetur in littera, 4, dist. 31), «vo-» luptates quæ de meretricum amplexibus capiuntur, in uxore damnandæ sunt. Sed non dicitur esse damnabile, nisi peccatum mortale. Ergo cognoscere uxorem propter voluptatem solam est semper peccatum mortale.

2. Præterea, consensus in delectationem est peccatum mortale, ut in secundo lib. dictum est (dist. 24, quæst. III, art. 4; et 1 2, quæst. LXXIV, art. 8). Sed quicumque cognoscit uxorem suam causâ delectationis, consentit in delectationem. Ergo mortaliter peccat.

3. Præterea, quicumque usum creaturæ non refert in Deum, creaturâ fruitur, quod est peccatum mortale. Sed quicumque uxore propter solam delectationem utitur, hunc usum non refert in Deum. Ergo mortaliter peccat.

4. Præterea, nullus debet excommunicari, nisi pro peccato mortali (1). Sed aliquis uxorem solâ libidine cognoscens ab introitu Ecclesiæ arcetur, ut in littera dicitur (loc. cit., ex Greg. XII, epist. 31)

(1) Ut ostensum est supra cum de excommunicatione ageretur.

(2) Certum est esse illicitum habere copulam propter solam voluptatem, ut patet ex propos. 9, damnata ab Innoc. XI,

quasi sit excommunicatus. Ergo omnis talis peccat mortaliter.

Sed *contra* est quod, secundum Augustinum (Cont. Julian lib. II, cap. 10, à princ., et lib. De decem chordis. cap. 11, à med.; et serm. 41. De sanctis, parum à princ.), talis concubitus ponitur inter peccata quotidiana, pro quibus dicitur: *Pater noster*, etc., ut habetur in littera (loc. cit.). Sed talia non sunt peccata mortalia. Ergo, etc.

Præterea, qui cibo utitur ad delectationem tantum, non peccat mortaliter. Ergo pari ratione qui utitur uxore tantum causâ libidinis satiandæ.

Conclusio. — *Cognoscens uxorem solâ libidinis et delectationis causâ, nullum aliud bonum matrimonii habitu, vel actu intendens, mortaliter peccat.*

Respondeo dicendum quod quidam dicunt quod quodcumque ad actum conjugalem libido principaliter movet, est peccatum mortale; sed quando movet ex latere, tunc est peccatum veniale; quando autem omninò delectationem despicit, et displicet ei, tunc est omninò sine veniali peccato: ut sic delectationem in isto actu quærere sit peccatum mortale, delectationem oblatam acceptare sit peccatum veniale, sed eam odire sit perfectionis. Sed hoc non potest esse, quia secundum Philosophum (Ethic. lib. x, cap. 3 et 4), idem iudicium est de delectatione et operatione, quia operationis bonæ est delectatio bona, et malæ mala. Unde cum actus matrimonialis non sit per se malus, nec quærere delectationem erit peccatum mortale semper.—Et ideò dicendum quod si delectatio quæratur ultra honestatem matrimonii, ut scilicet aliquis in conjuge non attendat quod conjux est, sed solùm quod mulier, paratus idem facere cum ea, si non esset conjux, est peccatum mortale: et ideò talis dicitur ardentior amator uxoris, quia scilicet ardor ille extra bona matrimonii effertur. Si autem quæratur delectatio intra limites matrimonii, ut scilicet talis delectatio in alia non quæreretur quàm in conjuge, sit est veniale peccatum (2).

Ad *primum* ergo dicendum, quod tunc

quæ dicebat: Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum, omni nitus caret culpâ ac defectu veniali. Commune tamen est apud omnes id non esse mortale, sed veniale peccatum, at S. Alphonsus (Theolog. mor. lib. VI, n.º 912).

voluptates meretricias vir in uxore quærit, quando nihil aliud in ea attendit quàm quod in meretrice attenderet.

Ad *secundum* dicendum, quòd consensus in delectationem concubitûs qui est peccatum mortale, est peccatum mortale; non autem talis est delectatio matrimonialis actûs.

Ad *tertium* dicendum, quòd quamvis delectationem non referat actu in Deum, non tamen ponit in ea ultimum volunta-

tis finem, aliàs eam ubicumque indifferenter quæreret; et ideò non oportet quòd creaturâ fruatur; sed utitur creaturâ actu propter se, se autem habitualiter propter Deum, quamvis non actu.

Ad *quartum* dicendum, quòd hoc non dicitur propter hoc quòd ex hoc peccato homo excommunicationem mereatur; sed quia spiritualibus se reddit inhabilem, propter hoc quòd efficitur in actu illo totus caro.

CUESTION L.

De los impedimentos del matrimonio en general. (1)

Tratarémos de los impedimentos del matrimonio: 1.º en general, y 2.º en particular.

ARTÍCULO ÚNICO. — *Se asignan convenientemente al matrimonio impedimentos?*

1.º Parece que se asignan inconvenientemente impedimentos al matrimonio; porque el matrimonio es cierto sacramento que se distingue por oposicion de los otros sacramentos. Es así que á estos

(1) No es extraño que el Santo Doctor consagre tan pocas páginas á la doctrina general de los impedimentos. El inferno no había aún movido la guerra, que despues movió, tratando de negar el sacramento del Matrimonio, ó si eso no, queriendo privar á la Iglesia de la autoridad que sobre él ha recibido de Jesucristo. Desde que Lutero, el primer partidario del *matrimonio civil*, lanzó el grito de guerra contra la autoridad de la Iglesia en orden al matrimonio, los esfuerzos de la herejía han sido extraordinarios, siendo distintas tambien las formas que ha adoptado, aunque tendiendo todas á un idéntico fin. A Lutero, que puso á los pies de los príncipes el matrimonio y negó todo impedimento que no fuese el que consta en el cap. 18 del Levítico, sucedió Mares Antonio de Dominis, famoso arzobispo apóstata del principio del siglo xvii. Este escritor, lo mismo que Lannoi, en 1672, negaron á la Iglesia su autoridad para establecer impedimentos dirimientes, cuyo poder gratuitamente concedieron á los príncipes; y consiguientemente decian, si la Iglesia hizo uso de tal potestad, débese á concesiones de los señores temporales, ó simplemente, sin andarse con rodeos, confesaron que había sido una usurpacion de potestad. A estos caudillos de la perversion del matrimonio y preparados los ánimos por los jansenistas, regalistas y filósofos del último siglo, elevóse la doctrina anticatólica á ley de Estado en 1780, encargándose de esta hazaña *mi primo el sacristan de Austria*, como Federico de Rusia llamaba al emperador José II. Sin decir nada de la legislacion atea de los revolucionarios franceses, Napoleon en su código planteó la cuestion en el mismo terreno en que

no se les asignan impedimentos. Luego no deben asignarse al matrimonio.

2.º Cuanto algo es ménos perfecto, tanto puede ser impedido por pocos modos. Pero el matrimonio es ménos perfecto entre los otros sacramentos. Luego no deben asignárseles ningunos ó poquísimos impedimentos.

suelen quererla los más templados partidarios del llamado *matrimonio civil*; pues ordenó que no se reconociesen otros matrimonios que los celebrados en presencia del magistrado civil, ni en las causas matrimoniales podía reconocer más autoridad que la del Estado. La lucha ha seguido en este siglo como en el anterior en la parte especulativa; pues en la parte práctica, las disposiciones galicanas han encontrado eco, y todos los Estados europeos, cual más, cual ménos, luchan por llevar los principios revolucionarios á la legislacion del matrimonio. La Iglesia, empero, sigue defendiendo la doctrina de verdad; habiendo condenado los errores todos de que hemos hablado. Para no dar mayores proporciones á esta nota, basta tener presente las siguientes verdades católicas: 1.ª Que la Iglesia tiene potestad de poner impedimentos dirimientes (C. de Trento, ses. 24, cán. 3.º y 4.º). 2.ª Que por Iglesia no entendió el Concilio á los príncipes, sino á los obispos y al Papa. 3.ª Que esa potestad no le viene de los Príncipes, sino que la posee por derecho divino. (Así lo definió de fe el papa Pio VI en la bula *Auctorem fidei*). 4.ª Que solo la Iglesia y no los Príncipes con ella, puede poner impedimentos dirimientes. (De la misma bula y del cán. 4.º citado consta). 5.ª Que las causas matrimoniales pertenecen exclusivamente á los jueces eclesiásticos (can. 12). 6.ª Que la razon de contrato no es separable de la razon de sacramento, y consiguientemente que toda union de hombre y mujer que no sea sacramento, no es más que un *torpe concubinato*. (Prop. 73 del Syllabus y locucion de Pio IX en 1852 acerca de la república de Nueva Granada).

3.º Donde quiera que hay enfermedad allí es necesario que se aplique el remedio. Pero la concupiscencia para cuyo remedio ha sido introducido el matrimonio existe en todos. Luego no debe haber algun impedimento que haga á alguna persona incapaz de contraerle en absoluto.

4.º Se llama ilegítimo lo que es contra la ley. Pero estos impedimentos que se asignan al matrimonio no son contrarios á la ley de la naturaleza, porque no se hallan igualmente en cada estado del género humano: pues se ve que han sido prohibidos más grados de consanguinidad en un tiempo que en otro; mas la ley humana no puede, á lo que parece, crear impedimentos al matrimonio, porque este no es de institucion humana, sino divina, como tambien los otros sacramentos. Luego no deben asignarse algunos impedimentos al matrimonio, que hagan ilegítimas á las personas para contraerle.

5.º Lo legítimo y lo ilegítimo difieren por ser ó no ser contrarios á la ley y entre ellos no cabe medio alguno, puesto que son opuestos segun la afirmacion y la negacion. Luego no pueden existir algunos impedimentos del matrimonio por los que se constituyan personas intermedias entre las legítimas é ilegítimas.

6.º La union del varon y la mujer no es lícita sino en el matrimonio. Pero toda union ilícita debe ser dirimida. Luego si algo impide contraer el matrimonio, esto dirime de hecho el contraido; y así no deben asignarse algunos impedimentos al matrimonio que impidan contraerlo y diriman el contraido.

7.º Ningun impedimento puede removerse de una cosa que vaya envuelto en su definicion. Es así, que la indivisibilidad cae la definicion del matrimonio. Luego no puede haber algunos impedimentos que diriman el contrato contraido.

8.º Por el contrario, parece que deben ser infinitos los impedimentos del matri-

(1) Estos impedimentos son los llamados *impedientes*. Hoy son cuatro los que como tales se reconocen, no poniéndose en ese número el llamado antiguamente de *catecismo* y el de *crimen* que universalmente son desechados como tales impedimentos. Tenia el impedimento de catecismo el que en el bautismo de necesidad hacia las veces de padrino; y de ese caritativo oficio resultaba cierta especie de parentesco espiritual que se respetaba en el matrimonio. El de crimen, como su nombre indica, era cierta pena que se imponía á los que

monio, puesto que este es cierto bien. Es así, que los defectos del bien pueden existir de infinitos modos, como dice San Dionisio (De div. nom. c. 3, p. 4, lect. 22). Luego son infinitos los impedimentos del matrimonio.

Ademas, los impedimentos del matrimonio se consideran segun las condiciones de las personas particulares. Pero estas condiciones son infinitas. Luego tambien los impedimentos del matrimonio.

Conclusion. [1] *Los impedimentos que contrarian á las cosas que son de la solemnidad de este sacramento, no impiden que haya verdadero matrimonio.* [2] *Los impedimentos que contrarian á las cosas esenciales del matrimonio, hacen que no sea verdadero matrimonio.*

Responderémos, que en el matrimonio hay ciertas cosas que son de su esencia, y otras correspondientes á su solemnidad, como sucede tambien en los otros sacramentos. Y puesto que quitadas las que pertenecen á su solemnidad, como en los demas sacramentos, todavía permanece el verdadero sacramento, por eso *los impedimentos que contrarian á las cosas que son de la solemnidad de este sacramento, no impiden que haya verdadero matrimonio*; y las tales se dice que impiden contraer matrimonio, pero no dirimen el contraido (1); como son la prohibicion de la Iglesia y el tiempo festivo; lo cual ha dado lugar á estos versos;

*Ecclesie, vetitum, nec non tempus feriatum
Impediunt fieri, permittunt juncta teneri.*

Mas *los impedimentos que contrarian á las cosas esenciales del matrimonio, hacen que no sea verdadero el matrimonio*; y, por tanto, se dice que impiden, no solo contraerlo, sino que dirimen el ya contraido, cuyos impedimentos se hallan contenidos en estos versos:

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultûs disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si fortè coire nequibus (2)
Hæc socianda vetant connubia, facta retractant.*

hubiesen caído en ciertos crímenes de poderse casar en lo sucesivo. Hoy, repetimos, son cuatro los impedimentos de esta clase: los dos que pone el Santo y los esponsales y el voto. (2) Los impedimentos dirimientes son quince; y en vez del verso este que pone el Santo y con objeto de que todos vayan comprendidos, pónese este otro dístico, llamémosle así:

*Amens, affinis, si clandestinus et impos.
Si mulier sit rapta, loco nec reddita tuto.*